

5608 (*ad foramina quae cernuntur in superiore parte mensae*) ἡμεῖνα,
ξέστης ἐληρο¹, | ἡμεῖνα, ξέστης οὖν., ση[μό]δ[ιο]ν, μόδ[ιο]ς. (*In latere* . . .
[gymnas]iarchia em|pori Piretensum | de suo posuit.

*Kosovo in Bulgaria rep., mensa lapidea (III S. 12415 vidit Cichorius arch.
ep. Mitth. 45, 1892 p. 145). — 1) Ἐληρός.*

5609 [*C. C.*] Sulmonii Primus et Fortunatus¹ | [p]onderarium² pagi
Interpromini | [vñ] terraemotus dilapsum a solo | [s]ua pecunia restituerunt.

*S. Clemente di Casauria, in agro Paelignorum, ubi fuit Interpromium vicus
(IX 5046 partem videt Dressel). — 1) Praenomina suppleta ex signaculo, in quo
lectum est: C. Sulm. Fo[rt]unati (IX 6083, 142). — 2) Cf. N. 5547.*

5610 M. Tanonius | Firmianus aed: | i. d. basem cum | statera et
pon|der. aeneis | de suo fec.

Beneventi (IX 4656 descripsit saec. XVII Verusius auctor accuratus).

5611 Q. Lesius Q. I. | Hermiscus Illvir Aug.¹ | paenulam,² column., |
pondera d. s.³

*S. Victorini, ubi fuit Amiternum, rep. (IX 4215 cf. p. 683 ad duos auctores
satis accuratos ut videtur). — 1) Tresviri Augustales etiam in aliis inscriptionibus
Amiterninis commemorantur. — 2) Cf. N. 5550. — 3) De suo.*

5612 C. Caesius C. f. Ouf. Silvester¹ | p. p.², ponderarium s. p. p. s.
f.³ | et charistionem⁴ aereum pos., | stateram et pondera, quae | antea
resp. emit, pro quibus | Silvester pec. solvi iussit, | mensur. liquarias antea
positas | a Caesio Prisco in eodem contulit.

*Albacinae prope Fabriano in Umbria rep., ubi fuit Tuficum (XI 5695 semel
descripta exente saec. XVI). — 1) Ad eundem pertinent lapides eiusdem loci
XI 5687. 5696—5699; memoratur supra N. 2666a. — 2) Primipilaris. — 3) Solo
privato pecunia sua fecit. — 4) Cf. not. Tiron. p. 164 ed. Grut. = tab. 101, 80 ed.
Schmitz (ubi charistion subsequitur trutinam et stateram). Machinam quandam
tractoriam fuisse videtur colligi posse ex Simplic. comm. in Arist. phys. p. 1110
ed. Diels et Tzetz. chil. 2, 150.*

5613 ex iniquitatibus | mensurarum et ponder. | C. Septimius Can-
didus et | P. Munatius Celer aed. | stateram aerea et pon|dera decret.
decur. | ponenda curaverunt.

*Inter Pisaurum et Ariminum loco dicto Cattolica rep., tabella aenea, dicitur
Parisios translata esse (XI 6375 = Borghesi opp. 4 p. 542 videtur vidisse Renier).*

*Ad pondera et mensuras positas spectant etiam N. 5609. VI 29703. XIV 375 v. 29,
576 v. 25 (cf. ad N. 5590 not. 1), ad mensuras et pondera iniqua sublata XIV 2625.*

5614 L. Veratius Rusticus aed. | pa[g.]¹ Bag. leg. beneficiaria² | ex
mul.³ et aere fracto.

*In agro Vocontiorum, vico dicto Ste.-Ialle (XII 4377 Hirschfeld videt ec-
typum). — 1) Aedilis pagi (pac. lapis). Nomen eius pagi praeterea ignotum. —
2) De lege quadam beneficiaria municipali cogitavit Hirschfeld, qua lege fieri potuisse
ut publicorum beneficiorum ac donationum rationes, quantumque multarum et aeris
fracti ad utilitates publicas impendi liceret, statutum fuerit. — 3) Multis.*